



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

13. De ea, quæ oritur in aliis Ministris justitiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

lis est cooperatio Testium, quando ea est voluntaria, et causa inducens irregularitatem ex Sacris Canonibus: At metus non tollit voluntarium absolute, ut alibi cum S. Thoma fuisse probatum est, ergo, &c. Et ex alia parte hic supponimus, non adesse nunc obligationem naturalem iustitiae, vel charitatis iuxta supradicta §. praeced. n. 14.

16. Neque obstat, metum gravem excusare à poenis, & censuris, cum Ecclesia non intendat obligare Fideles cum tanta difficultate, quantum est metus gravis, non obstat, inquam, quia hae irregularitates de qua loquimur, non est poena, vel censura, quae contrahatur ex culpa, sed sine culpa ex defectu lenitatis, quae fuit in Christo D. mino.

17. Scio à Diana, l. c. sine, Coninch. de Sac. d. 18. d. 10. p. 96. Ioan. Præp. d. 5. de irreg. dub. 13. n. 105. Bonac. de Conf. d. 7. q. 4. p. 3. n. 8. aliique probabiliter vocari sententiam docentem, hunc non fore irregularem, sed eorum rationes, si accurate expendantur, nihil consunt.

18. Illud denique ne te hic praeterat, testes (idem dic de accusatores, advocato ex officio, &c.) dum causa criminaliter pendet, non possunt ad Ordines promoveri, quia, si sint victores, erunt causa deformationis, atque adeo irregulares: si causa cadant, erunt fortasse infames ratione calumniae. Lege Maiolum, l. 2. de irregul. cap. 7. num. 4. & 5.

§. XIII. De irregularitate, qua oritur in aliis iustitiæ Ministris.

1. PRæter iudices, accusatores, & testes, de quibus, hactenus dictum est, incurrunt etiam irregularitatem hanc (morte rei, vel mutilatione secuta) Procuratores, Advocati, Consiliarii, seu Assessores (intellige ex officio, idque in causa criminali, nam de aliis, qui concurrunt non ex officio dicemus §. sequenti) incurrunt item notarii, seu scribe, commissarii, sollicitatores, qui iudicem, ad dandam iustam sententiam deformationis ex officio adiuvant. Iustam, dico, si enim ad iniustam, eos fore irregulares ex delicto, iam sæpe diximus in similibus.

2. Pari modo incurrunt Satellites, Carnifices, catenique, qui executionem deformatis exhibent, vel ei executioni auctoritative assistunt, ne impediatur executio. Quorum omnium ratio est, quia hi ad deformationem concurrunt, tanquam ministri iustitiæ.

3. Huc etiam convoco eos, qui occidunt banditos proscriptos, seu foriudicatos, de quibus occidendis, facultatem legitime, ac iuste dedit Princeps, quia tunc quilibet de populo constituitur Minister Reipublicæ. Ceterius autem notat, eam occisionem non posse licite fieri a Clericis, quia hi non valent constitui Ministri iustitiæ à Principe: quare, si ipsi proscriptum occidunt, erunt, ait, irregulares ex homicidio iniusto, quia non occidunt ex legitima facultate. Verum id resolvitur melius paulo inferius, hoc. eod. c. 15. §. 14. n. 74. milites occidentes hostes in bello iusto hic comprehenduntur, quia tunc ipsi constituti sunt Ministri contra hostes à Principe, sed de illis separatim erit post pauca disputandum.

An contrahatur irregularitas ex defectu lenitatis ab illis, qui cum non sint Ministri iustitiæ, cooperantur infestæ ad deformationem alicuius.

4. Theologus v. g. vel iurisperitus legum civilium, vel Sacrorum Canonum, qui non ut Advocatus in ea causa (de hoc enim iam dixi), vel confessorius, vel Parochus, uno verbo omnis ille, qui non est Minister iustitiæ, hoc est non habet ex officio adjuvare Iudicem ad sententiam sanguinis ferendam, nec cooperari ex officio ad executionem dictæ sententiæ, inquam, reo occiso, vel mutilato, incurrunt irregularitatem, si sine peccato cooperantur ad illam.

5. Si id ab antiquioribus scisciteris, tot distinctionibus te distinebunt, ut potius scrupulos ingerant, ani-

mumque opprimant, quam illum per claram doctrinam elevent: Si à non indoctis recentioribus, iisque pluribus, idem inquiras, uno, vel altero verbo te expedient, negabunt enim hos esse irregulares, quia solis Ministris iustitiæ, vel militibus in bello iusto hæc irregularitas imponitur.

6. Sed ecce, insurgent statim antiquioris doctrinæ tenaciores, Sacrorumque Canonum rigidiore interpretes, & cum Martino Prate in *manuscr. de irreg.* 4. c. 10. n. 5. iuncto n. 25. exclamabunt, hanc esse sententiam, nec tutam, nec probabilem, nec iure, nec ratione fundatam, immò omnino absurdam, & falsam. At bona verba, quæ so, temperate vos ab ira, & qua ratione recentiores hanc doctrinam fulciant, sedatis, præcordiis accipite.

Probatum prædicta recentiorum sententia.

7. Sententia, quam probandam suscipimus, hæc est: irregularitatem ex defectu lenitatis, solum subeunt ij, qui ad deformationem, vel causam accelerationem iustitiæ, ut Ministri iustitiæ, concurrunt, quales sunt ea genera personarum, quæ diximus n. 1. 2. 3. & 4.

8. Ceteri, qui ad Ministros non pertinent, irregularitatem non contrahunt, si sine peccato concurrant, nam, si cum peccato, dicam mox n. 16.

9. Probatio autem potissima, qua hæc sententia persuaderetur, illa, est satis efficax, in hunc modum efformata. Irregularitas ex vulgari omnium doctrina solum incurritur, quando ea expressa est in iure. At irregularitas ex defectu lenitatis solum est expressa in iure contra Ministros iustitiæ, non vero contra non ministros, ergo ab illis dumtaxat, non autem ab his contrahitur.

10. Adversarij Minorem huius argumenti opposito modo efformant sic: At irregularitas ex defectu lenitatis est expressa in iure contra omnes, sive ministros, sive non ministros: Atque pro sua sententia sic concludunt. Ergo ab omnibus sive ministris, sive non ministris contrahitur.

Possent asserere omnes textus, in quibus fundantur adversarij in hac sua minore firmam, sed mea brevitatis id renuit, cum potissimum quilibet possit, si attente eos legat, cognoscere, nunquam in illis expressè contineri, quod ipsi volunt. Adde, satis debere cuique sufficere auctoritatem doctissimi Patris Vasq. apud Turrianum, d. Conf. 2. d. 66. dub. 3. & G. Hurt. de irreg. d. 2. diff. 1. n. 40. dicentis, in iure non inveniri, pro non Ministris, impositam esse eiusmodi irregularitatem.

11. Mihi autem Sacros Canones evolventi solum quædam definitio Clem. IV. & quidam Canon Innoc. III. videtur uterque contra nos asserri posse, quæ propterea hic subscribo, & solvo. Figura autè casum cum Abbate, in C. sent. ne Clerici, vel Monachi, & aliis, in hunc modum: Princeps quidam cum accepisset litteras à suo ministro, in quibus monebatur, ut talem hominem facinorosum in tali loco latentem capi iuberet, & capite puniri, dedit legendas suo Clerico. Is paruit, legitque unde homo ille morte multatus est: étne clericus irregularis?

Respondet Abbas, sic idque, quia sic definitur, inquit, Clem. IV. qua posita definitione, jà apparet, incurrere irregularitatem hanc, etiam à non Ministro iustitiæ; Clericus enim ille iustitiæ Minister non erat.

Eadem definitio confirmari potest ex verbis Canonis Innoc. III. C. sent. ne Cler. vel Monach. in quibus expressè prohibetur, ne quis Clericus litteras scribat, vel dicat pro vindicta sanguinis destinandas.

12. Verum hæc facillè solvuntur, nam Primò, de definitione prædicta Clem. IV. non constat. Præferatur eius authentica, & manus fortasse dabimus. Secundò, ea concessa, Clemens fortasse voluit sequi opinionem ea arate communem Canonistarum. Tertio, quis tibi affirmavit illum Clericum non fuisse ministrum Principis in omnibus obsequiis, atque adeo etià in criminalibus expediendis, scribendis, legendis.

13. Ad confirmationem Respondeo, in eo Textu, ut & in aliis, prohiberi, ne Clerici sint ex Officio Ministri Principum

Principium in rebus pertinentibus ad sententiam sanguinis, & merito, tum propter periculum, ne secuta executione sententiae, sint irregulares, quia tunc ad deformationem concurrent, ut Ministri iustitiae, tum, ne commisceantur negotiis secularibus.

Verba Textus haec sunt.

Sententiam sanguinis nullus Clericus dicet, aut profert, sed nec sanguinis vindictam exerceat, aut ubi exerceatur, interfuit.

Et paulo post. *Nec quisquam Clericus litteras dicet, aut scribat pro vindicta sanguinis destinandas, unde in Curia Principum hac sollicitudo non Clericis, sed Laicis committatur.*

Vides, Textus non clare loqui de quacunque cooperatione, sed de illa, quae est ex officio? Certè ea verba (*exerceat in Curia Principum hac sollicitudo. &c.*) clare dictum officium ostendunt.

14. Stet igitur, hanc sententiam, quae non multis abhinc annis nova aliquibus visa est, iam nunc esse admodum probabilem, tum propter rationem dictam, tum propter auctoritatem tot Doctorum insignium, qui eam hodie, ut probabilem praedicant, tum, quia innumeros scrupulos à Fidelium conscientis amoveret, quos quidem scrupulos à Sanctissimis patre Ecclesiae legibus foveri, credendum non est.

15. Doctores autem eam sequentes plus quam triginta numerant, & citat Diana, p. 11. r. 2. ref. 63. Patrem Valsq. omnium antesignanum, Torrianum, Delugo, d. 22. de pœn. num. 3. G. Hurt. d. 2. de irreg. diff. 11. n. 4. Lezanam, Basileum, Baunium, Cœlestium, Machardum, Stellam, Ciarlinum Antonellum, Verticel, Ioan. Pontium, Brunum, Constantinum à Castro, Guazinum, Dicastillum, Carpensem, Escobar, Castropol, de Conf. d. 6. p. 14. s. 3. num. 7. Valentiam, Pellizzarium, Martinon, Remigium, ipsumque Dianam, quibus adde novissimè Leandrum de irreg. tract. 2. de 7. q. 31.

16. Siscitabitur Curiosus, rationem copventientiae, unde Legislator statuit solos Ministros iustitiae esse dictae irregularitati subiectos, non vero alios.

Respondet, Mihi illa venit in mentem, quia Legislator iudicavit cooperationem ad necem, quamvis iustam, sed ex officio, minus habere lenitatis, cum, veluti ex habitu, ad occisiones illas patrandas sit ex dicto officio paratus semper, unde, etiamsi semel patraverit, ab altari tamen eum esse removendum censuit, quia patravit ex habitu. At cooperantem sine peccato, & quidem non ex officio, cum non cooperetur ex habitu, idem legislator iudicavit, non esse alienum à Christi lenitate, unde nec eum esse Irregularem.

Corollaria, quae ex praedicta sententia colliguntur ad praxim.

17. Hinc ergo Primò, illi, qui vendunt (ait Gaspard. Hurt. l. c. n. 39.) aut donant ligna ad vivos comburendos, vel gladios, & funes, aliaque instrumenta ad interficiendos delinquentes; Faber lignarius, qui furcam erigit, Famuli non ministri iustitiae, qui à notorio ministro iustitiae dictata de punitione deformitatis scribunt; illi, qui vendunt, vel dorant arma militi eunti ad bellum iustum, Servi non ministri iustitiae, qui adducunt equum Domino, qui est iustitiae minister, ituro ad locum supplicij, ubi auctoritatem tribuat delinquentis occisioni, illi, qui sive voce, sive punitione instigant iumentum, quo interficiendus vehitur, quamvis hi videant, advertantque, inde mortem delinquenti notabiliter accelerari, confessarii, & quicunque alij dantes consilium poenitenti, iudici, aut cuilibet alteri officiali publico, etiam immediato executori, nempe Carnifici, ut occidant, vel cito occidant aliquem delinquentem, etiam hunc, vel hunc in particulari, etiamsi confessarius neget iudici, vel carnifici absolutionem peccatorum, nisi concurrant ad dictam sententiam mortis, iuste dandam delinquenti, illi, qui privarim, sed non iuridice petunt à iudice, ut iuste occidat aliquem delinquentem, hi, inquam, omnes

non incurrunt in irregularitatem, quia cum cooperentur sine peccato, ut supponimus, non incurrunt in illius iustitiae.

18. Quares hac occasione. Quando quis praedictas vel similes actiones cum peccato exerceat v. g. cum occidit mortali contra Reum, qui procurat mortem, vel ex accelerationem, iuste tamen dandam (tum si iustitiae delicto) eritne irregularis?

19. Respondet. Colligo ex Turr. de Conf. lib. 2. d. 1. dub. 3. (& sic supponit Prates in manifest. de Irreg. d. 4. n. 23. sine, hunc fore irregularem, & quidem ex dicta Rationem huius dicti puto ego, esse illam, quia cum concursus ad occisionem, vel ad eius accelerationem privato exhibitus, etiam in praedictis occisionibus iustis, est, ut privata persona procedens omnino iustus, quia iniustitiae actus est procurare occisionem laicius sine causa.

20. Quare, quando instigas v. g. iumentum, quo velatur Reus, ut citius is moriatur, siquidem id facit causa, ut ob misericordiam, ne Reus diutius suppetur, vel certè id facias nullo malo fine motus, non irregularis, nec ex defectu lenitatis, quia non ex Ministri iustitiae, nec ex delicto, quia non peccas. Si vero id facias motus ex odio, irregularis eris ex delicto, quia iniuste facis: Es enim per actum externum iniustus alterius, dum, cum fine malo, exterius instigas iumentum, licet odium sit mere internum.

21. Neque dicas: Cur ergo iudex, vel quicumque Minister iustitiae (ut nos docuimus in Superioribus) non videtur irregularis ex delicto, si Reum merentem mortem condemnent, occidantque ex odio? Nec id dicas, inquam, clarè enim est disparitas, nam indexialique Minister iustitiae cum ex obligatione officij haec faciant, non iniuste faciunt, nec contra iustitiam peccant, licet peccent contra Charitatem ex dicto odio interno. Tu vero privatus cum non ex officio illa facias, & cum ex illa pecces actiones non afficiantur bonitate misericordiae, vel obrius boni, seu, cum saltem non sint indifferenter agnoscunt in se peccaminosae, & contra iustitiam.

Sed redeamus ad Corollaria:

22. Hinc Secundo, Confessarius (ait rectè Corollarij apud Dianam p. 4. r. 2. ref. 99.) inducens poenitentem in dicto interrogatum, ad fatendum delictum dignum morte) si quando tamen est casus, in quo dictus Poenitent obligetur, de quo in nostro Decal. lib. 3. c. 4. s. 2. dictum est) & ille, qui persuadet reo iam ad mortem damnato, acquiescat iustae sententiae, nec velit iniuste appellare, ille privatus, teste Diana ibid., qui carnifici reum supplicij danti dicat: *En iste adhuc vivit*: ex qua occasione carceris redit ad reum suffocandum. Hi, inquam non sunt irregulares, quia haec non agunt, ut Ministri iustitiae, nec, ut semper hic supponimus, cum peccato.

23. Hinc Tertiò, ille (ait Verticellus l. 1. q. 1. r. 2. contra Comit. Bonae, & alios) qui extra iudicium privatum sollicitat Cognatos, vel procuratores causae, ut peccati iudicationem, ut poenam sanguinis iuste intelligant, non est irregularis. Et ille Cardinalis (ait Diana p. 11. r. 2. ref. 63.) qui direxit causam criminalem tanquam privatum consilium dedit, reaptavitque scriptum factum à Fisco, &c. non incurrit, secuta Rei morte, irregularitatem, quia & ille, & hic Cardinalis haec fecerunt extrajudicialiter, & tanquam personae privatae, nec illam scripturam Cardinalis nomine proprio subscripsit, nec ullum Alveum munus exercevit in iudicio.

24. Hinc Quartò, (ait Torrianus loc. cit.) si quis sine peccato dicat reo, *Pergamus citius, vel Affirmamus scilicet*, non incurrit irregularitatem, idque propter dictam rationem. Idem colligit ex eodem Torrianus Diana de eo, qui dicit Reo: *Suppone coram publico capiendum istum*, unde is citius supponit, & de eo, qui carnificem, ut aliquid aptet, quo sic citius Reus moriatur (tale iudicarem, si ores, ut carnifices apud pulverem sulphureum in pectore Rei, qui est mortis causa)

comburendus) & de eo, qui dat consilium capiendi viam breviorē ad locum supplicii, vel excitando ministros, dicat horam esse tardam, vel populum minus detineri.

25. Hinc quinto. Qui detegit Malefactorem (ait G. balinus, de irreg. q. 4. c. 13. n. 61.) vel clamor, adesse latronem, ut is comprehendatur, vocando v. g. famulos, vicinos custodes in auxilium, ut capiant furem, non est irregularis, si for resistens occidatur, vel à iudice morte damnetur. Adde, non esse presumendum Ecclesiam velle fovere latronem, & similia insolentias, quæ certè foveantur, si propter timorem irregularitatis non possint homines clamare, vel detegere ejusmodi delinquentes. Ne tamen hæc sint, ut ab accusatore, &c.

Et paulo post hoc est n. 61. Qui clamorē (ait) excitat vicinos in furem qui capitur, & Iudici traditur, ab eoque occiditur, non sit irregularis, quia ipsemet, ut diximus, potuit eum furem capere, & iudici tradere.

Excepi, nisi quando sic manifestans esset accusator, vel testis necessarius ad cognitionem causæ, vel alio modo id faceret, ut constitutus ad hæc, vel similia minister iustitiae, ut ex supra dictis constat.

26. Hinc sexto. Medicus (ait supra citatus G. Hurt. l. c. 43.) aut Chirurgus, si juxta artem curet, mutilare, quamvis ex ea mutilatione, aliave curatione, præter intentionem, eveniat mors, non fiet irregularis, quia irregularitas lata est pro iustitiæ ministris, non pro medicis, idque etiam si ejusmodi medicus sit clericus in Sacris, quibus, ut supra nos vidimus, vetitum est chirurgiam exercere. Fiet tamen irregularis ex delicto, si cum culpa mortali ex imperitia, vel negligentia, ut ibidem diximus, occidat, mutilare.

27. Quod dictum est de Medico, dic de ministrante infirmis, qui si eos vertat ex latere ad latus, vel transferat de lecto ad lectum, vel erigat vel iisdem cibum porrigat, licet ex his actionibus mors, præter intentionem, sequatur, exque fiant cum cautela, quæ à prudentibus adhiberi solet, non incurrit irregularitatem, quia prædicti, iustitiæ ministri nequaquam sunt.

Deciditur ex prædicta doctrina casus aliqui peculiare.

Detegens casu delinquentem.

28. Colloquebatur (ut refert Nav. Conf. 13. de homic. lib. 5.) quidam de muliere interfecta, cujus delicti auctor ignorabatur: aderat religiosus qui nihil aliud cogitans, interrogavit, an illa mulier esset ea, quam ipse viderat ante tres dies exeuntem cum suo viro extra Urbem. Admiranda sanè homini ingenii sagacitas. Hæc mera interrogatio delata est à quodam ex attendantibus ad iudicem, qui inquires de eo viro, deprehendit, illum fuisse interfectorem, & non multo post extremo supplicio eundem adjudicavit.

29. His relatis, quatit Navarr. An religiosus ille fuerit irregularis? Respondetque nequaquam, Navarr. l. c. cui subteribit Mol. tit. 4. r. 3. d. 74. n. 2. quia remotissime se habuit interrogatio illa ad condemnationem. Rectè, sed addere poterat allatam doctrinam, quia hic religiosus, minister non erat iustitiæ.

Detegens signum, unde cognitus fuit delinquens.

30. Satellites deprehenderunt hominem de nocte ferentem occulte sub pallio vas argenteum, suspicantque sunt illud fuisse furto ablatum, unde mane de die illud exposuere palam in foro, ut comparente forte Domino, suumque esse probante, convinceretur fur, pœnanque deformationis, nempe manus dexterae amputationem, juxta illius loci leges, subiret. Porro apparuit Dominus, clarissimisque testibus ostendit vas esse suum, convictusque fur pœnam luit. Estne Dominus, qui nullam protestationem præmisit, irregularis. Quid etiam de testibus, qui fuerunt ii aurifices, qui vas construxerant.

Part. III.

31. Respondeo, ex dictis, §. 11. & §. 12. clare sequitur Dominum si accusaverit, tum Testes esse irregulares. At aliqua apparens difficultas est, An, si Dominus non accusaverit, sed solum dixerit sine protestatione, *Hoc vas est meum*, & aurifices dixerint: *Hoc vas nos construximus pro hoc Domino*, inciderint in irregularitatem? Et nihilominus ex ibidem dictis colligi potest non esse irregulares. Ratio est, quia dicta Domini, & Aurificum, non sunt propriè Testimonium contra Reum, si enim, qui aliquod indicium manifestant extra iudicium, sed quo Iudex deinde utitur ad inquirendum de Reo, ejusque delicto, vocantur quidem aliquando Testes, sed valde improprie; Testis enim propriè est ille, qui intra iudicium de aliqua re testificatur, & in criminalibus quidem semper in præsentia iudicis, ut ex Authentica de Testibus §. Quoniam in fine coll. 7. habet Glossa in C. Tua nos, de homic. V. Natis tradidit.

Mittens ad Iudicem interfignia, quibus Lairo convictus est.

32. Scholaris quidam, ut narratur in Cap. Tuus, de Homic. à fure in hospitio suo vulneratus, cum per internuntios interrogatus fuisset à iudice, ut diceret, si quid sciret de fure, vel traderet interfignia, si quæ haberet, misit illi cultrum, quem à fure abstergerat, & foras res, hoc est calceos, quos, ne pedum strepitus audiretur, sibi fur abstraxerat, atque in scholaris domo reliquerat. His receptis à iudice signis, fori amputata sunt à Satellitibus virilia, oculique item eruti. Fur autem ex dolore commotus, nec potum sumpsit, nec cibum, & sic de medio est sublatu. Contraxitne Scholaris irregularitatem?

33. Respondeo. Et quidem Covar. in Clem. si furios. p. 2. §. 5. n. 1. Avila de cons. r. 7. d. 5. sed. 2. d. 15. conclus. r. habet illam doctrinam, ut si iudicium, quod quis dat iudici, pertineat ad cognoscendum Auctorem delicti, ut est in casu proposito, non facit irregularem eum, qui indicavit. N. vero pertineat ad delicti commissi probationem, facit irregularem. Sed hæc doctrinam admittere non possum, quia æque ex utroque his indicis procedit iudex ad condemnandum Reum.

34. Ego igitur cum Glossa citata, & ex his hæcenus allatis puto, hunc Scholaris, ex vi talis indicii à se dati in irregularitatem non incidisse, quia sic, nec fuit Accusator, nec Testis in iudicio, solum enim aperuit extra iudicium, quid factum fuit, aperuit, dixi, nam ipse, nec accusavit, nec querelam deposuit, nec ullam denuntiationem fecit contra Reum, Quare Pontifex Summus merito ipsum pronuntiavit liberum ab irregularitate.

35. Atque hæc quoad irregularitatem ex defectu lenitatis, quam prædictus Scholaris ex missione illorum signorum poterat rigere propter secutam mutilationem virilium, & oculorum effusionem illius latronis. Nam quoad irregularitatem ex delicto ob mortem, quam latro sibi conscivit ex occasione sumpta à pœna mutilationis, quam Satellites ei inflixerunt, manifestum nimis est, Scholaris illam non incurrisse, ejus enim mortis causam valde remotam ipsum fuisse, vel puer videt.

Episcopus tradens Ministris iustitiæ corpus occisi.

36. Occiditur Petrus, ejusque cadaver in Ecclesia, vel simili loco Ecclesiastico sepelitur. Iudex autem, ut procedat, ad inquirendum de delicti Auctore, vel ad processum contra aliquem melius confirmandum, vel, ut constet de corpore delicti, petit, ut ejusmodi cadaver exhumetur, inspicaturque. Potestne Episcopus sine metu irregularitatis licentiam ad id concedere?

37. Respondeo. P. Ille, aiunt nonnulli, ut Venerus in exam. Episc. l. 9. c. 30. n. 26. Bonac. de contr. d. 3. q. 21. p. 3. n. 11. Lavoriens Var. l. 1. tit. 2. cap. 7. num. 31. & cap. 12. num. 57. Diana p. 4. r. alt. 2. resol. 95. alios citans, addunt aliqui debere. Ita Lavor. loco citat. Sed profecto, si petitur cadaver, ut constet de corpore delicti, vel ad inquirendum

N n contra

contra personam indeterminatam, quis scilicet delicti auctor fuerit, omnes consentiunt, posse Episcopum licentiam concedere, quia id solum esset quid remotum ad sententiam forte mortis consecuturam. At si scilicet vertitur, an possit, quando cadaver requiritur, ut confirmetur suspensio, vel compleatur probatio contra aliquam personam particularem. Sunt v. g. iudicia contra Titium, petitur vero corpus Petri intercepti, ut videatur, an vulnus datur conveniat, cum gladio, quem Ministri invenerunt sanguine aspersum, apud delinquentem, vel quid simile. Et nihilominus quamvis antiquiores, putaverint, tunc non posse Episcopum licentiam concedere, ne concurrat proximè ad processum sententiae sanguinis contra personam determinatam; tamen ex praedicta doctrina, quod irregularitas ex defectu lenitatis non incurritur, nisi à Ministris iustitiae, sequitur, posse sine irregularitatis timore, quia totum, quod facit Episcopus, etiam positivè concedendo licentiam, non facit, ut Minister iustitiae, puta, nec ut Accusator, nec ut Testis in iudicio criminali, &c.

38. Est tamen notanda monitio Congregationis 22. Novemb. 1619. in man. Episc. V. Sepult. in Addit. num. 7. Cardinalium super negotia Episcoporum, quae apud Gavantum sic habet. *Non debet Episcopus dare licentiam exhumandi corpus ad hoc, ut Laici sumant iudicia in Criminalibus.*

Episcopus tradens copiam renuntiationis Clericatus.

39. Titius renuntiavit coram Episcopo Clericatum (idem esset, si Episcopus aliquem verbaliter degradasset) & deinde graviter deliquit, unde à iudice seculari comprehensus est. Nunc petit idem iudex ab Episcopo, vel ejus Ministris copiam ejusmodi renuntiationis, vel degradationis, ut scilicet certus de non Clericatu Titii illum legitimè morti adjudicet: potestne Episcopus, vel ejus Ministri eam copiam tradere?

40. Respondeo. Diana loc. cit. postquam vultus est affirmasse, quod possit, addit: sed tu cogita. Ego vero cogitarem, si praedictam licentiam doctrinam nescirem, vel eam improbabilem judicarem. Nunc verò, cum videam Episcopum, vel ejus Ministros tradendo copiam talis renuntiationis, vel depositionis, non fungi munere Ministri iustitiae. Secularis, nec Accusatoris, nec Testis in iudicio, censet, probabile esse, quod possint. Non ita esset, si traderent eidem curiae seculari processum forte ab ipso Episcopo factum de homicidio commissò à Clerico; illum enim processum cum fecerit Episcopus, ut Minister etiam ipse iustitiae, si deinde occideretur delinquens, concurrente, quamvis solum ex parte; ejusmodi processu, nequaquam ab ipso irregularitas evitaretur.

Iudex Ecclesiasticus dans Laico Epistolas quasdam, &c.

41. Iudex Ecclesiasticus potest sine incursu irregularitatis dare iudici Laico quasdam Epistolas, inventas apud Reum, quibus idem iudex Ecclesiasticus probaverat dictum Reum commississe homicidium proditorie, atque adeo immunitate nequaquam gaudere?

Respondet, non posse Ratio principalior est, quia Ecclesiasticus dare utiliter non potest has Epistolas, nisi etiam det processum, seu partem processus, quo appareat, eas Epistolas inventas esse apud Reum; at omnes Doctores clamant, processum iudici Laico non posse dari ab Ecclesiastico, ut supra §. 10. n. 21. vidimus. Lege Tancredi p. 2. q. mor. tr. 5. q. 1. & seq. qui late hoc prosequitur, sed huius nostrae solidae rationis non meminit.

§. XIV. De irregularitate contracta à Militibus in Bello.

1. Si injustum sit bellum, omnes pugnantes, imò omnes cooperantes, quales sunt conducentes Mili-

tes, custodientes sarcinas, animantes exhorcantes, adrentes cibos, juvant enim hi omnes ad occidendum, si ipsi immediate arma non trahunt. Ille irregularitas vel uno dumtaxat occiso, patet ex supra dictis. Nihilominus Doctores non ita rigide loquentes de aliquibus, vide apud Dianam p. 11. tr. 7. R. 7. 8.

2. At verò, si bellum sit iustum, distinguendum est, an ejusmodi bellum sit aggressivum, seu offensivum, an defensivum.

Et quidem in hoc posteriore nullus, nec Laici, nec Clerici est irregularis, etiam si aliquem propriam manu occidat, quia defendere Patriam, est de jure naturae, jus Ecclesiasticum in illa necessitate non obligat, cum id, vel sit, vel reducat ad defensionem propriam: quando tamen non exceduntur limites necessitatis defensionis, quod mox §. seq. latius explicabimus.

3. In priore autem belli genere, nempe offensivo, pugnantes propria manu, si aliquem occidunt, irregulares sunt irregulariter ex defectu lenitatis, ex cap. 1. 2. diff. 5. 1. Lege Lez. conf. 23. quia tunc occidunt, ut Ministri publici exercentes iustam vindictam contra hostes. At, si propria manu non occidunt, licet hostem, vel etiam pugnent, aliove modo cooperentur ad hostium occisionem, irregularitatem non incurrunt. Ita 2. Tho. Castrop. Laym. Coninch. Nav. alique quos citat, & seq. Lezana diff. conf. 23. & Castrop. de irreg. diff. 14. §. 5. Diana p. 11. tr. 8. ref. 2. Ratio est, quia Sacri Canonici C. Petrus de Homic. non conjungunt irregularitatem ex defectu lenitatis in Militibus, nisi illis, qui manu sua occidunt, vel vindictam deformationis per se exquantur.

4. Illi item, sive Laici, sive Clerici, qui ob hostiliam causam bello assunt v. g. ad infirmos curandos, &c. non incurrunt irregularitatem, quia tanta pietas boni illius operis, non est puniendi irregularitate, imò propter eandem rationem locum habent, etiam in bello injuncto, quamvis inde militum animus, ut notat Hunt. d. 2. diff. 12. de irreg. n. 43. augeatur.

5. In praedictis unum est addendum de Clericis. Recole enim, ipsis esse prohibitum in jure C. Ex multis de Voto V. de Cler. & ex multis Capit. caus. 13. §. 8. propria manu pugnare (intellige ex dictis, in bello non esse defensivum) & quidem sub ea prohibitionem comprehendit, etiam si sint Duces exercitus, & illi praesint, tunc cum multis notat Dianam p. 10. tr. 2. ref. 1.

6. Dico igitur Primum, si Clerici in dicto bello jure aggressivo neminem immediate deponent, nulla est irregularitate innodati. Nam non ex delicto, quia Clerici non est prohibitum hosti in bello jure: Neque ex defectu lenitatis, quia hanc solum contrahunt Ministri iustitiae, quales non esse clericos, jam dixi.

7. Dico Secundò, probabile esse, eandem fore irregularitatem ex delicto, si propria manu pugnant aliquem deponent. Ratio est, quia cum ipsi tunc non sint Ministri iustitiae, injuste deformant. Id paulo ante §. 13. notavi ex Cartario, in simili me dixisse, memini. Verum quia Castropalao loc. cit. addo, esse probabilius, hoc peccare quidem, non obediendo Sacris Canonibus, qui verum Clericis pugnare propria manu, at non esse irregulares, ex delicto, sed solum ex defectu lenitatis. Ratio est, quia etiam ipsi tunc occidunt, ut Ministri iustitiae, hoc est, ut Ministri Principis, dantis valide, ut dixi supra de cod. c. 15. §. 10. n. 26. omnibus pugnantibus auctoritatem, ut juste occidant, esto clericus peccet acceptando talem auctoritatem.

8. Dico denique Tertio, mihi satis esse probabile, si Pontifex det tubicem Clerico, facultatem, ut occidat in bello jure aggressivo, implere tollere à se inculpam in irregularitatem, ut notat ibid. Castrop. cum tunc Pontifex agat, ut Pontifex, & Ecclesiae Caput, quod de nos inquit §. 10. n. 22.